

ROSARIUM VIRGINES MARIAE



Rosarium Virgines Mariae



Signum Crucis

Per signum (+) Sanctae Crucis de inimicus (+) nostris, libera nos (+) Deus noster.
In nomine Patris, et Filii et Spiritus Sancti. Amén.

Spiritus Sanctus Invocatur:

Antipnona Veni, Sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, et tui amoris in eis ignem accende.

V. Emite Spiritum tuum et creabuntur.

R. Er renovabis faciem terrae

Oremus. Deus, quie corda fidelum Sancti Spiritus illustratione docuisti da nobis in eodem Spiritu recta sapere et de eius semper consolatione gaudere. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Actus contritionis

O mi Domine Iesu, verus Deus et Homo verus Creator, Pater et Redemptor meus, in qui credo et espero et quem super omnia diligo: me poenitet ex toto corde propter peccata mea quia Tu Deus bonus es ac me poenis inferni punire potes, et Tua gratia adiuvante emendationem in futuris polliceor. Amen.

Symbolum Apostolorum

CREDO in unum Deum Patrem omnipoténtem, Creatorem caeli et terrae. et in Iesum Christum Fílium eius únicum, Dóminum nostrum, qui concéptus est de Spíitu Sancto, natus ex María Virgine, passus sub Póntio Piláto, crucifixus, mórtuus, et sepúltus, descéndit ad inferos, tértia die resurréxit a mórtuis, ascéndit ad caelos, sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis, inde ventúrus est iudicáre vivos et mórtuos. Credo in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclésiam Catholicam, sanctórum communiónem, remissionem peccatórum, carnis resurrectióne, vitam aetérnam.

Amén.

Ad grana maiora (cuentas grandes):

PATER NOSTER, qui es in caelis, sanctificétur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut in caelo et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie, et dimítte nobis débita nostra sicut et nos dimíttemus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatióne, sed libera nos a malo. Amén.

Ad grana minora (cuentas pequeñas):

AVE MARIA, grátia plena, Dóminus tecum. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui, Iesus. Sancta María, Mater Dei, et mater nostra ora pro nobis peccatóribus, nunc, et in hora mortis nostraræ. Amén.

Ad finem decadum (al terminar la decena)

GLORIA Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saécula saeculórum. Amén

En viernes de pasión se puede reemplazar por:

- R.** Christus factus est pro nobis oboediens usque ad mortem.
V. Mortem autem crucis.

En sábado santo se puede reemplazar por:

- R.** Christus factus est pro nobis oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis.
V. Propter quod et Deus exaltávit illum: et dedit illi nomen, quod est super omne nomen.



Maria Mater gratiae, Mater misericordiae:
Tu nos ab hoste protege et hora mortis
suscipe.

Oratio Fatima

O Mi Iesu, peccata nostra dimitte nobis, ab igne inferni defende nos, perduc in coelum omnium ánimas, eorum imprimis qui máxime misericordia Tua indegent. Amén

Gaudii Mysteria (pro feria secunda et sabbato)



Primo: Incarnatio Verbi Dei ex Spiritu Sancto in sinu Virginis Mariae.

Secundo: Visitatio Beatae Mariae Virginis ad Elizabeth.

Tertio: Nativitas Filii Dei in Bethelem Iuda.

Quarto: Purificatio Beatae Mariae Virginis et Presentatio Pueri in Templo.

Quinto: Inventio Pueri in Templo in medio Legis doctorum.

Lucis Mysteria



Primo: Baptisma Iesu Christi a Ioanne praecursore apud Iordanem

Secundo: Miraculum ad nuptias in Cana Galilaeae

Tertio: Proclamatio Regni Dei et invitatio ad conversionem.

Quarto: Transfiguratio Iesu Christi super montem Thabor.

Quinto: Institutio Sanctissimae Eucharistiae Sacrificii et Sacramenti.

Doloris Mysteria



Primo: Oratio Iesu Christi in horto Gethsemani super montem Olivarum.

Secundo: Flagellatio Iesu Christi ad columnam

Tertio: Coronatio spinarum.

Quarto: Sanctae Crucis baiulatio

Quinto: Divini Salvatoris nostri crucifixio, mors et sepultura.

Gloriae Mysteriae



Primo: Resurrectio Iesu Christi a mortuis.

Secundo: Ascensio Iesu Christi in coelos.

Tertio: Missio Spiritus Sancti Paráclyti ad Apóstolos.

Quarto: Gloriosa Beatae Mariae Virginis in coelum Assumptio.

Quinto: Coronatio Beatae Mariae Virginis Regina coelorum et terrae.

Orationes ad Finem Rosarii Dicendae

SALVE, Regina, mater misericórdiae,
vita dulcédo, et spes nostra, salve.
Ad te clamámus éxsules filii Evae;
Ad te suspirámus, geméntes et flentes
in hac lacrimárum valle.
Eia ergo, advocáta nostra,
illos tuos misericórdes óculos ad nos converte.
Et Iesum, benedíctum fructum ventris tui,
nobis post hoc exsílium osténde, o clemens, o pia,
o dulcis Virgo María.

V.-- Ora pro nobis, santa Dei Génitrix

R.-- Ut digni efficiámur promissiónibus
Christi.

Litaniae Lauretanae Beatae Mariae Virginis

Kyrie eléison
Christe eléison
Kyrie eléison
Christe áudi nos
Christe exáudi nos
Pater de coelis Deus, miserére nobis
Fili, Redemptor mundi, Deus, miserére nobis
Spíritus Sancte, Deus, miserére nobis
Sancta Trínitas, unus Deus, miserére nobis
Sancta María
Sancta Dei Génitrix
Sancta Virgo vírginum
Mater Christi
Mater divínae gratie
Mater puríssima
Mater castíssima
Mater invioláta
Mater intemeráta
Mater inmaculáta
Mater amábilis
Mate admirábilis
Mater Boni Consílii
Mater Creatóris
Mater Salvatóris
Virgo prudentíssima
Virgo veneránda
Virgo praedicánda
Virgo potens
Virgo clemens

Ora pro nobis

Ora pro nobis

Virgo fidélis
Spéculum justítiae
Sedes sapiéntiae
Causa nostrae laetítiae
Vas spirituále
Vas honorábile
Vas insigne devotiónis
Rosa mystica
Turris Davídica
Turris ebúrnea
Domus áurea
Foéderis arca
Jánuia coéli
Stella matutína
Salus infirmórum
Refúgium peccatórum
Auxílium christianórum
Consolátrix afflictórum
Regína Angelórum
Regína Patriarchárum
Regína Prophetárum
Regína Apostolórum
Regína Mártiryrum
Regína Confessórum
Regína Vírginum
Regína Sanctórum ómnium
Regina sine labe originali concépta
Regína in caelum assúmpta
Regína Sacratíssimi Rosárii
Regina Pacis

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,
V/ Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix.

*Parce nobis, Dómine
Exáudi nos, Dómine
Miserére nobis.
R/ Ut digni efficamur promissiónibus Christi*

Oremus

Concédé nos fámulos tuos, quaésumus, domine Deus, perpétua mentis et cörperis sanitatem gaudere: et, gloriósa beatæ Mariæ semper Vírginis intercessione, a praeſentii liberari tristitia, et aeterna pérfrui laetitia. Per Christum Dóminum Nostrum. Amén.

Ora pro nobis

**Ad Sanctum Ioseph Leonis PP XIII,
precatio pro mense octobris
(quae laudabiliter semper recitabitur)**

Ad Te, beate Ioseph, in tribulatione nostra confugimus, atque implorato Sponsae tuae sanctissimae auxilio, patrocinium quoque tuum fidenter exposcimus. Per eam, quae sumus quae te cum immaculata Virgine Dei Genetrice coniunxit, caritatem, perque paternum quo Puerum Iesum amplexus es, amorem, supplices deprecamur, ut ad hereditatem, quam Jesus Christus acquisivit Sanguine suo, benignus respicias, ac necessitatibus nostris tua virtute et ope succurras. Tuere, o Custos providentissime divinae Familiae, Iesu Christi subolem electam; prohibe a nobis, amantissime Pater, omnem errorum ac corruptelarum luem; propitius nobis, sospitor noster fortissime, in hoc cum potestate tenebrarum certamine e caelo adesto; et sicut olim Puerum Iesum e summo eripuiste vitae discrimine, ita nunc Ecclesiam sanctam Dei ab hostilibus insidiis atque ab omni adversitate defende: nosque singulos perpetuo tege patrocinio, ut ad tui exemplar et ope tua suffulti, sancte vivere, pie emori, sempiternamque in caelis beatitudinem assequi possimus. **R.** Amen

**Ad mentem Romani Pontificis Benedictus XVI,
precamur ut omnes indulgentias Sanctissimo
Beatae Mariae Virgines Rosario concessas consequamur:**



Pater, Ave, Credo

Et fidelium animae, per misericordiam Dei, requiescant in pace. Amen.

V. Nos, cum prole pia (+)

R. Benedicat Virgo Maria.

Et sic Rosarium terminatur.